The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas k
cum fonte primo

Non absque amictu lineo incedere, sed precium uestium linearum non habere laudabile est.		non absque amictu lineo incedere, sed pretium uestium linearum non habere laudabile est; alioquin ridiculum et plenum dedecoris referto marsuppio, quod sudarium orariumque non habeas, gloriari. sunt, qui pauperibus parum tribuunt, ut amplius accipiant, et sub praetextu elemosynae quaerunt diuitias: quae magis uenatio appellanda est quam elemosyna.
	→	sic bestiae, sic aues, sic capiuntur et pisces:
Modica esca in hamo ponitur ut matronarum in eo sacculi protrahantur:		modica in hamo esca ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur.
sic bestie, sic aues, sic capiuntur et pisces.	←	
Ieronymus in epistola ad Nepocianum.		Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52, 9, 1-2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.430-1, ll.11-16, 1-2).